

TRACTATUS XIV. DE RESTITUTIONE.



X eo, quod quis dominium habeat in aliam rem, jus habet, ut non solum res illa sibi non eripiantur; sed ulterius, ut si erepta fuerit, ei restituatur, & in possessionem illius, qua injuste spoliatus fuerat, iterato ponatur. Quare post agitata ea, quae tractari solent de iure, iustitia, & Dominio; ordine doctrinae Tractatum de Restitutione subiicimus cum nostro Angelico Duce hac 2. 2. quaest. 62.

QUESTIO I.

De essentia Restitutionis, & iustae Obligationis.

Restitutionis naturam examinemus: an scilicet sit actus iustitiae commutativae. Deinde: an sit necessaria ad salutem. Et tertio: an sit faciendi sit; & quando.

DUBIUM I.

An restitutio sit Actus Iustitiae Commutativae.

S. I.

Exponeitur Restitutionis Natura.

Restitutio, ut hic a bonis accipienda est, significat actum, quo damnum alterius iniuste ei illatum reparatur. Distinguitur autem restitutio, tum a satisfactione, tum a solutione. A satisfactione quidem: quia haec frequentius est compensatio damni in honore, vel fama interrogati; restitutio vero circa damnum in fortuna bonis reparanda versatur. Et sic satisfactio ponitur pars integralis poenitentiae, non autem restitutio: quia cum Deo proprie nil sit ablatum in effectu per peccatum, Deo nil est restituendum. Monemur tamen, Deo per poenitentiam satisfacere pro offensa eius maiestati peccando irrogata: ideoque satisfactio reddit aequalitatem pro offensa, vel iniuria; restitutio vero intendit inducere aequalitatem rei ad rem: qui enim iniuria alium laesit, ad aequalitatis mensuram debet satisfacere. In tantum autem satisfactio hominis ad Deum non pertinet ad iustitiam commutativam rigorose ralem: in quantum ei deest praecipue aequalitas honoris cum offensa. Ceterum si aequalitas inter satisfactionem, & offensam Deo illatam daretur, veram iustitiam commutativam constitueret. Unde quia Christus satisfactorem aequalem exhibuit Deo offenso; illa satisfactio fuit actus iustitiae commutativae.

Quamvis autem satisfactio nostra erga Deum ad veram ac perfectam iustitiam commutativam non pertingat, ut dictum est; *Tract. praed. qu. 3. Dub. 1.* in ea tamen est aliquid commutativum, quatenus ex parte nostra est compensatio pro offensa, & ex parte Dei restitutio, seu condonatio. Unde S. Thom. 3. part. qu. 87. art. 3. Sicur (inquit) ut commutatio quaedam in beneficiis, cum scilicet aliquis pro beneficio recepto gratiam respondit: ita etiam est commutatio in offensa, cum aliquis pro offensa in alterum commisit, vel iniuriis puniatur (quod pertinet ad vindictivam iustitiam) vel voluntarie recomponat offensam, quod pertinet ad poenitentiam, quae respicit personam peccatorem, sicut iustitia vindictivam personam iudicis. Unde manifestum est, quod utraque sub iustitia commutativa continetur. Vindicativam enim iustitiam ad commutativam pertinere, ostendimus supra. *Tract. praed. qu. 3. dub. 2. S. 2.*

X. Inter satisfactioem autem, & restitutionem plures dantur differentiae. Prima, ut supra diximus, S. 1. quod satisfactio est compensatio damni in honore vel fama, irrogati; Quare, ut a restitutione, & etiam solutione distinguitur, est iniuria compensatio, & damnum illatum supponit: hoc autem nec restitutio, nec solutio necessarium requirit. Ex hoc sequitur secunda differentia, quod restitutio magis proprie est reparatio inaequalitatis in rebus: satisfactio in actionibus, & passionibus iniuriis. Unde restitutio, quando iniuriam compensat, frequenter eam compensat in effectu eius iniuria secuto; ut in damno, quod in rebus suis habuit is, cui illata est iniuria; satisfactio autem compensat in actione, vel passione; ut humiliatione, venie petitione & similius. Quapropter interdam invenitur satisfactio sine restitutione, ut cum quis proximo se humiliat de aliquibus contumeliis ei dictis, aut cum Deo pro peccatis suis satisfacit: aliquando est restitutio sine satisfactione, ut quando mutuum, vel depositum redditur; aliquando utrumque; ut cum quis alteri rem suam abtulit, cum simul conviciis onerando, & eam reddit, ac reddendo se humiliat. Tertia, quod tam restitutio, quam satisfactio, attendunt quidem aequalitatem; sed restitutio attendit aequalitatem rei ad rem; satisfactio vero aequalitatem inter personam satisfaciendam, & eam, cui fit satisfactio. Sed de hac, agendo de satisfactioe Christi, plura dicemus.

XI. Obijcies secundo. Restituitur tenetur, nedum qui violavit iustitiam commutativam, sed etiam qui iustitiam distributivam: nam qui distribuit praemia non secundum meritum pondera, refundere tenetur ei, qui minus iusto accepit: ergo restit-

S. II.

Restituitur Dubium.

IV. Dico. Restitutio est actus iustitiae commutativae. Ita S. Thom. art. 1. citato. Ex quo probatur primo sic. Restitutio ablati opponitur: sed ablatio rei alienae est actus iniustitiae circa commutationes: ergo restitutio eius est actus iustitiae, quae est in commutationibus directiva. Nota tamen, hac ratione voluisse S. Thom. probare de sola restitutione rei iniuste ablatam, tamquam de notiori, non vero generaliter.

V. Secundo. Probatur generaliter. Ut restitutio legitima sit, debet iterato statuere dominium in possessionem, vel dominium rei suae, sicut erat, antequam rei suae dominio privaretur; & consequenter fieri debet ad aequalitatem rei, quae abla-

ta est: sive per iniuriam sublata sit, ut in furto, & rapina, sive per domini voluntatem, ut in mutuo, & deposito: sed aequalitas rei ad rem, vel inter res per solam iustitiam commutativam constituitur: per iustitiam enim distributivam non constituitur aequalitas, sed solum proportio, non rei ad rem, sed rei ad personam, ut supra dictum est; ergo &c.

VI. Ex his nascitur, quod restitutio proprie locum non habeat, nisi ubi intervenit ratio debiti, & crediti legalis. Si enim quis domo mihi dedit centum, & postea ego, ut gratiam illi referam, tantundem redonem, non est vecoda hac mea gratie relatio restitutionis nomine: quia est ad se restituitionis materia, quia statuitur aequalitas rei ad rem; deest tamen restitutionis forma, nempe, creditum, & debitum: & ob id redonatio illa, ad iustitiam commutativam non pertinet, sed potius ad libertatem.

VII. Neque insuper necesse est ad restitutionis naturam, ut eadem numero, vel specie reddatur res, quae fuerat ablata, vel accepta: hoc enim ad naturam commutationis non requiritur, sed quod tantundem, seu aequale reddatur. Sicut enim commutatio vini pro oleo, pretii pro mercede, unius actionis pro alia, dummodo aequalitatem sequam trahat, ad commutativam iustitiam spectabit: ut si cui domum incendissem, pecuniam pro ea repongerem, si cui equum occidissem, pretium pro eo erogarem, restituere diceret ex iustitia commutativa.

S. III.

Obijciuntur sic satis.

VIII. Obijcies primo. Sicut in restitutione intenditur aequalitas rei ad rem, ita in satisfactioe aequalitas honoris ad offensam: sed satisfactio non est actus iustitiae commutativae, sed potius poenitentiae, quia Deo pro offensa satisfacimus: neque enim inter nos, & Deum dari potest iustitia commutativa, ut diximus: ergo nec restitutio &c.

IX. Respondet, omnia maj, de qua infra, neg. min. Utraque enim, nimirum restitutio, & satisfactio ad iustitiam pertinet commutativam; nam utraque intendit aequalitatem rei ad rem: qui enim iniuria alium laesit, ad aequalitatis mensuram debet satisfacere. In tantum autem satisfactio hominis ad Deum non pertinet ad iustitiam commutativam rigorose ralem: in quantum ei deest praecipue aequalitas honoris cum offensa. Ceterum si aequalitas inter satisfactionem, & offensam Deo illatam daretur, veram iustitiam commutativam constitueret. Unde quia Christus satisfactorem aequalem exhibuit Deo offenso; illa satisfactio fuit actus iustitiae commutativae.

Quamvis autem satisfactio nostra erga Deum ad veram ac perfectam iustitiam commutativam non pertingat, ut dictum est; *Tract. praed. qu. 3. Dub. 1.* in ea tamen est aliquid commutativum, quatenus ex parte nostra est compensatio pro offensa, & ex parte Dei restitutio, seu condonatio. Unde S. Thom. 3. part. qu. 87. art. 3. Sicur (inquit) ut commutatio quaedam in beneficiis, cum scilicet aliquis pro beneficio recepto gratiam respondit: ita etiam est commutatio in offensa, cum aliquis pro offensa in alterum commisit, vel iniuriis puniatur (quod pertinet ad vindictivam iustitiam) vel voluntarie recomponat offensam, quod pertinet ad poenitentiam, quae respicit personam peccatorem, sicut iustitia vindictivam personam iudicis. Unde manifestum est, quod utraque sub iustitia commutativa continetur. Vindicativam enim iustitiam ad commutativam pertinere, ostendimus supra. *Tract. praed. qu. 3. dub. 2. S. 2.*

X. Inter satisfactioem autem, & restitutionem plures dantur differentiae. Prima, ut supra diximus, S. 1. quod satisfactio est compensatio damni in honore vel fama, irrogati; Quare, ut a restitutione, & etiam solutione distinguitur, est iniuria compensatio, & damnum illatum supponit: hoc autem nec restitutio, nec solutio necessarium requirit. Ex hoc sequitur secunda differentia, quod restitutio magis proprie est reparatio inaequalitatis in rebus: satisfactio in actionibus, & passionibus iniuriis. Unde restitutio, quando iniuriam compensat, frequenter eam compensat in effectu eius iniuria secuto; ut in damno, quod in rebus suis habuit is, cui illata est iniuria; satisfactio autem compensat in actione, vel passione; ut humiliatione, venie petitione & similius. Quapropter interdam invenitur satisfactio sine restitutione, ut cum quis proximo se humiliat de aliquibus contumeliis ei dictis, aut cum Deo pro peccatis suis satisfacit: aliquando est restitutio sine satisfactione, ut quando mutuum, vel depositum redditur; aliquando utrumque; ut cum quis alteri rem suam abtulit, cum simul conviciis onerando, & eam reddit, ac reddendo se humiliat. Tertia, quod tam restitutio, quam satisfactio, attendunt quidem aequalitatem; sed restitutio attendit aequalitatem rei ad rem; satisfactio vero aequalitatem inter personam satisfaciendam, & eam, cui fit satisfactio. Sed de hac, agendo de satisfactioe Christi, plura dicemus.

XI. Obijcies secundo. Restituitur tenetur, nedum qui violavit iustitiam commutativam, sed etiam qui iustitiam distributivam: nam qui distribuit praemia non secundum meritum pondera, refundere tenetur ei, qui minus iusto accepit: ergo restit-

restitutio est actus non solum iustitiae commutativae, sed etiam distributivae.

XII. Respondet primo, negando ant. Ad prob. dico, respondere praemia pro meritis non esse actum iustitiae distributivae (hac enim non distribuit praemia merentibus, sed solum bonis communis particularibus non attendendo ad merita, sed solum ad conditionem, & dignitatem personae, ut digniori plus det, ut supra diximus) sed vere iustitiae commutativae. Unde si non dispense praemia secundum meritum pondera, non statuit aequalitatem inter rem & rem, nempe inter merita & praemia: & ex iustitia commutativa restituere tenetur.

XIII. Respondet secundo, eum etiam, qui violavit iustitiam distributivam, restituere teneri, si ad hanc exercendam a Republica ex contractu fuerit conductus. Sed in hoc casu iustitiae distributivae misceatur etiam commutativa: & ex hoc tenetur recompensare. Cum enim non dando tantum, quantum debuit, posterit inaequalitatem inter rem & dignitatem eius cui minus dedit: oportet, ut quantum minus habuit, tanto plus ei decur, & sic aequalitas ponatur, quod ad iustitiam commutativam pertinet. Unde S. Thom. hac qu. 62. art. 1. ad 3. *Recompensatio* (inquit) *quam facit distributus ei, cui dedit minus, quam debuit, sit per comparationem rei ad rem; ut quantum minus habuit, quam debuit, tanto plus ei datur, & ita iam pertinet ad iustitiam commutativam.*

DUBIUM II.

An Restituitur quod Ablatum est, sit Necessarium ad Salutem.

S. I.

Resolvitur Dubium.

I. Inter Graecorum errores Guido Carmelita, Alphonsus de Castro, Praterius, & alii huc ponunt: ad salutem aeternam non esse necessarium rei ablate restitutionem. Adeo ut eorum Sacerdotes pro furto, rapina manifesta, & usura nemini injungant, ut, quibus illa fuerint, reddant, aut satisfaciant: sed raptores oleo simpliciter iungant, & impositos oneres aliquam pecuniam portionem sibi ipsi distribuendi, absolvant. His tamen rejectis.

II. Dico. Restituitur id, quod ablatum est, necessarium est ad salutem. Ita S. Thom. qu. 62. art. 2. & est de hinc tenendum. Quia tamen potest aliquid esse necessarium ad salutem dupliciter: uno modo, necessitate medi, ut neque ignorantia, esse invincibilis, neque impotentia excuset; quo pacto ad salutem necessarius est Baptismus, & post Baptismum poenitentia: alio modo solum necessitate praecipii, ita ut per ignorantiam invincibilem, sive impotentiam excusari possit. S. Thom. hic non loquitur de necessitate medi sui finis. Etenim stare potest, hominem consequi gratiam, & gloriam absque restitutione tam in re, quam in voto: ut si quis invincibiliter nesciret, se alteri aliquid debere, & sic bona fide continuaret in possessione illius: vel, est sciret, impotens tamen esset ad eam exhibendam, & haberet propositum eam exhibendi, cum primo fieri foret possibilis: hoc enim necessarium est ad justificationem, sicut est necessarium propositum adimplendi legem, & vitandi quodcumque peccatum. Loquitur ergo S. Thom. de necessitate praecipii: sic, ut sciens se habere rem alienam, & se potens eam restituere, teneatur ex praecipio illam domino reddere, si velit iustificari, & salvus fieri: & si non possit, habeat saltem propositum restituendi, cum poterit.

III. Alerio sic explicata prob. Restituitur rei ablate est praecipio iure naturali, divino, & humano; ergo est necessaria necessitate praecipii. Ant. pro prima parte prob. Nam sicut jus naturale praecipit, ne alteri rem suam ipso invito auferas: ita praecipit, ne alteri rem ipso invito retineas: & sicut peccas contra iustitiam, alteri rem suam auferens ipso nolente: ita contra iustitiam facis, rem alterius ipso nolente retinens, & ipsum in iure, quo privalli, iterato non statuens. Unde S. Thom. infra qu. 66. art. 3. ad 2. ait: *Destinare id, quod alteri debetur, tandem rationem nocentem habet cum acceptioe iniusta. Et ideo sub iniusta acceptioe intelligitur etiam iniusta detentio.* Rufus: iuris naturae praecipium est: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne faceris:* sed nemo vult, rem suam ab alio, ipso nolente, retineri; ergo nec debet velle, rem alterius, ipso nolente, sibi detinere.

IV. Ant. pro secunda parte prob. Tum ex *Exech. 33. vers. 15.* ubi inter ea, quae ex divino praecipio ad vitam, atque adeo ad animae salutem requiruntur, est rei alienae restitutio. De impio enim dicitur, quod vita vivit, *Si egredi poenitentiam*: &c. *Et si pignus restituerit, rapinamque reddiderit.* Tum *Exech. 22.* ubi pro furto, & damno illato praefcribitur restitutio, & compensatio. Hinc *Tobia 2.* ubi cum Anna uxor eius haerum detulisset domum, ait Tobias vers. 21. *Videte, ne forte iustitiam sitis, reddite enim dominis suis, quia non licet nobis, aut edere ex furto aliquid, aut contingere.* Haec etiam pertinent verba Christi, *Matth. 22. vers. 21. Reddite ergo, quae sunt Caesaris Caesari.* Et Pauli *Rom. 13. vers. 7. Reddite ergo omnibus debitum, cui tributum, tributum, qui vestigal, vestigal.*

V. Pro tertia vero parte probant Juris, Cap. *Peccatum*, de Regul. iuris in 6. ubi dicit Bonifacius VIII. *Peccatum non dimittitur, nisi restituitur ablatum.* Et Alexander III. Cap. *Cum tu*, tit. de Ufuris, & habetur 14. qu. 6. Cap. *Si res aliena*. Quae regula sumpta est ex S. Augusti. *Epist. 253.* olim 54. ad *Gregii Theol. Tom. II.*

Macedonius, qui cum rescivisset, aliquos velle sibi pecuniam relaxari, & id, propter quod peccatum est, possidere, ait: *Peccatum hominum genus commoverat, qui poenitendi medicum omnino non predest. Si enim res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non reddatur, non agitur poenitentia, sed fingitur. Si autem usucapier agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum; sed ut dixi, cum restitui possit.*

VI. Probatur etiam ratione S. Thom. hoc art. 2. Conferre iustitiam est de necessitate salutis: sed ad conservandam iustitiam necessaria est restitutio rei iniuste ablatam: cum enim per iniustam acceptionem violata sit iustitiae aequalitas, non potest aliter haec reparari, quam per restitutionem rei, suo domino iterum aequalitatem statuendo.

S. II.

Respondetur Objectis.

VII. Primo obijciunt scripturae veris in locis. Primo. Quia Rachel, *Gen. 31.* legitur furata Idola patris sui. Et, *Gen. 34.* filii Jacob propter stuprum Dinam furaverunt interfecerunt omnes mafculos in Sichem, & abstrulerunt oves, & armenta, & asinos, cunctaque abstrulerunt, quae in domibus, & agris erant: parvulos quoque, & uxores eorum adstruxerunt captivos: neque tamen videntur ullam fecisse restitutionem, quam certe Jacob fieri curasset, si ea fuisset necessaria. Consequens igitur est, non esse necessarium, ablatam restituere.

Secundo. David, *Reg. 27.* legitur, abstrulisse oves, boves, aliaque praedas egisse; nec tamen fecit ullam restitutionem. Nec valet dicere, ea omnia abstrulisse hostibus. Nam privatus homo, qualis erat tunc David, non poterat iuste hostes aditari, eosque spoliare: ut enim iuste fiat, requiritur auctoritas publica.

Tertio. Idem David, 1. *Reg. 16.* omnia, quae fuerant Miphoboth, ei sine iusta causa abstrulit, & dedit Siba: postea vero intelligens, causam, ob quam dederat, non fuisse legitimam, tantum ex dimidio restituit, dicens Miphoboth, *cap. 19. vers. 29. Tu, & Siba dividite possessiones:* ergo ad salutem non est necesse, iniuste ablatam ex integro restituere.

Quarto. Dominus, *Luce 11.* postquam Phariseos taxavit rapina, nullam restitutionis faciendi mentionem, *ver. 41.* ait: *Quid respondetis, dicitis elemosinam: ecce omnia munda sunt vobis.* Quinto. Ad salutem animae consequendam, satis est servare mandata, *Matth. 23. vers. 17.* *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Quod si quis mandata transgressus fuerit, satis est, ut per poenitentiam culpam delat: atqui restitutio nec inter mandata, neque inter partes poenitentiae referretur; ergo &c.

VIII. Respondet ad singula, Ad primum, quod Rachellem atinet, dico, Idola, de quibus agitur, non fuisse furtiva: sed ut eorum nempe valor esset illi pro dote matrimoniali, quae pater illam fraudaverat, iuxta verba, quae ipsa cum sorore dixit, *Genes. 31. vers. 15.* *Nonne quasi alienam reparaverit meo, & vendidit, comedique pretium nostrum?*

Quoad factum filiorum Jacob, sunt, qui excusent, tamen quod Deo inspirante factum. Et in hoc sensu videtur laudari a Judith, *cap. 9. vers. 2.* &c. Verius tamen iuxta ea, quae pater ad Simeonem, & Levi praecipios huius facti auctores dixit, *tum cap. 34. vers. 30.* *tum cap. 49. vers. 8.* &c. dicendum, eos iniuste egisse, & graviter peccasse pluribus titulis. Primo. Mendacio pernicioso id proferentes Sichemitis quod non intendebant servare: cui peccato junxerunt sacrilegium, abutentes nimirum Circumcisione, quae apud illos erat sacramentum, ad doli crudelis executionem. Deinde bellum, quod gesserunt, praeterquamquod fuit fraudulendum, fuit etiam defectu auctoritatis iniustum, non enim erat ipsi ius Republicae Caput, sed Jacob, qui nedum contentum non praebuit, sed factum vituperavit: ideoque bellum privata auctoritate, & vindicta, & proinde iniuste, gesserunt: excedentes quoque in vindicta, multos infantes occiderunt, & spoliaverunt: captivos duxerunt. — Judith autem vel solum Simeonis, & Levi laudavit zelum ergo ferendi forori stuprum, non modum illud vindicandi: vel laudavit iustitiam Dei, qui ad ultionem alienigenarum Simeonis ministerium esse iniustum ordinavit; & modo, quo ad vastandos Persas, & Medos usus est Babylonis, ut habetur *Isaie 13. vers. 3.* & *Ezech. 30. vers. 24.* &c. Et confertur *brachia Regis Babylonis, dabique gladium meum in manu eius.* Porro quamvis de restitutione non legatur, credendum tamen est Jacob, non solum facinus improballe, sed pro sua iustitia restitutionem fieri mandasse: quantum potuit: tum uxores, & parvulos remittendo, eosque cum necessariis ad victum, & vestitum: tum oves, & armenta, & quicquid eis ereptum fuerat, restituendo.

IX. Ad secundum dico, quod ibi David spoliabat, & interfecit eos, quos Deus interfici iudicavit, nempe, Amalecitas, ut habetur *Isaie 25.* & *1. Reg. 15.* & Gessur, & Gergiz, qui habitabant in terra Promissionis, quam Deus Israelitis dederat: ideoque David ratione illius facti ad nullam tenebatur restitutionem: imo neque peccaverat eos spolians, & occidendo.

Nec tunc agebat personam mere privatam. Erat enim Princeps belli contra inimicos populi Israel a Saule constitutus, *1. Reg. 18. vers. 7.* Et quamvis postea Saul inferus factus fuerit David: non tamen hoc accidit, quia David aliquod contra Saule machinatus fuerit, & factus fuerit reus laeae maiestatis: nec Saul legitur potestatem illi traditam revocasse.

unquam, imo Dividem revocavit in gratiam habemus, 1. Reg. 26. ver. 21. & 22.

Sed quidquid de hoc fit: certum est, Divid non privato spiritu, sed peculiari Spiritu Sancti instinctu illa egisse. Nam, & habebat fecum Abiathar Sacerdotem, cui, 1. Reg. 22. ver. 23. dixerat: *Mano incumbe & divinum oraculum per eum consulebas, ut pater ex Cap. 23. ver. 9. & cap. 30. ver. 7.*

X. Ad tertium. Non videtur David, exequoquin pius & sanctus, posse excusari, quin male fecerit: tum bona Miphiboseph dando Sibz; tum postea medietatem illorum ei relinquo. A debito tamen restitutionis eximi potest: quia alias restitutiones Miphiboseph dedisse in compensatione, credere par est. Et vel maxime, quod Miphiboseph consensit in omnia, quae Rex disposuerat; ait enim cap. 19. ver. 27. Regi: *Fac quod placuit est tibi, & ver. 30. Etiam cuncta accipiam.* Domino autem consentiente debitum restitutionis cessat, Ad do: quod multa bona contulerat David Miphiboseph, ad quae non tenebatur; unde poterat aliquam ab illo exigere compensationem.

XI. Ad quartum dico, non omnia ad salutem necessaria omnibus Scripturae locis dici, sed quaedam uno, & quaedam alio: & cum salus tribuitur uni, intelligenda est et tribui modo ex parte alterorum, nihil desit. Sic, *Matth. 6. ver. 14.* remissio peccatorum promittitur remissiori; quia frater fratri in se peccandi remissio offeruntur; si nimirum cetera adfuerit, vel non oblit defuit alterius requisit: nam ad remissionem peccatorum requiruntur uterque fides, & poenitentia, bona opera &c. Ita Christus Phariseis raptoribus anxiae munditiam promittit, non sola elemosina obtinendam; sed si aliis necessariis, praetermissis restitutionum rerum raptarum, elemosynam conjugerent. Et hoc indicavit dicens: *Quod si superfluum id est, illud, quod, restitit injuste ablati, de proprio facultatis vobis superflui, date elemosynam: Et ecce omnia mundata sunt vobis. Omnia* (inquit Basilus in Regulis brevioribus, ad interrogat. 171.) *quae per rapinam, & defraudationem peccata committuntur. Proprium enim remedium, quod peccata rapinae expiantur, est, si post sufficientem alienorum restitutionem, etiam propria distribuamus in elemosynas, ut Zachaeus fecit.*

XII. Ad quintum nego minor. Praeceptum enim: *Non fursum facies*, idem valet, ac non detinebis alienum: sed si habueris, illud restitues. Ut enim supra diximus ex S. Thom. 2. 2. qu. 66. art. 3. ad 2. *Detinere id, quod alteri debetur, est eadem rationem nocuam habere cum acceptione injusta. Et ideo sub injusta acceptione intelligitur etiam injusta detentio.*

XIII. Secundo obijciunt, & insinuat. Si aliquo praeccepto esset imperata res alienae restitutio, maxime septimo Decalogi praeccepto: *Non fursum facies*; sed hoc non, ergo &c. Minus probatur. Illud enim praecceptum negativum est, & obligat ad semper, & pro semper: istud vero de restitutione est affirmativum, quod non obligat ad semper, sed pro tempore & loco; ergo &c.

XIV. Hoc argumentum duo petit, ut explicemus. Primum: an praecceptum non fursum, & restituendi sit unum, & idem praecceptum. Alterum: an praecceptum restituendi sit praecceptum pure affirmativum, vel negativum. Ad primum dico, probabilis videri, esse quodammodo duo praeccepta, quorum unum ex alio sequatur: unum abstinendi a furto, mere negativum, alterum restituendi quod furto ablatum est, & hoc affirmativum. Et ratio est. Quia actio- nis male prohibentis praecceptis negativis; bonae autem praecipientis praecceptis affirmativis: furari autem malum est, & restituere bonum; & hoc patet ex forma Christi: *Reddite, quae sunt Caesaris, Caesari.*

Ad secundum dico cum Communitiori sententia, cui prae S. Thomas, hac qu. 66. art. 8. ad 1. dicens, quod Praecceptum de restitutione facienda, quamvis secundum formam sit affirmativum, implicat tamen in se negativum praecceptum, quod prohibet, rem alienam detinere. Et ratio primi ex dictis est. Quia praeccepta affirmativa, etque sola jubent adum virtutis, sicut negativa prohibent adum viti: sed praecceptum de restitutione jubet adum virtutis, nempe justitiae: ergo &c. Deinde: contra praeccepta affirmativa peccatur omissione, sicut contra negativa peccatur omissione, non autem contra praecceptum restitutionis peccatur omissione, non autem (saltem directe) commissione, ergo &c. Ratio vero secundi est, ideo enim oportet restituere, quia non licet res alienas detinere, invito domino.

XV. Nemo dicat. Hac ratione sequi, omnia praeccepta affirmativa fundari in negativis, vel includere negativa: nempe, ideo Deum esse diligendum, quia non licet eum odio habere: ideo patrem honorandum, quia non licet eum inhonorare.

Respondens enim, hoc non sequi. Cetera enim praeccepta affirmativa non includunt negativa, quae sint ratio, cur faciendum sit opus, quod jubetur in affirmativis: sed tantum includunt negationem affirmationi, quae in illis exprimitur, oppositam. Neque enim ideo Deus est diligendus, quia non licet eum odio habere; sed quia est summe bonus, imo bonitas ipsa. Nec pater ideo est honorandus, quia non licet eum inhonorare: sed quia ipse est principium, a quo accepimus esse; quia multam erga nos sollicitudinem habet, quia nos educavit. At praecceptum de restitutione sic est affirmativum, ut includat negativum tale, quod sit vera ratio, propter quam faciendum est restitutio; quia nimirum non licet res alienas, invito domino, retinere; & ideo peculiariter modo de illo dicitur, quod sit affirmativum includens negativum.

Quod obijci potest: restitutionem fore faciendam statim, ratione praeccepti negativi, quod includi; resolvitur seg. Dubio.

XVI. Tertio obijciunt. Qui retinet rem alienam, domino irrationabiliter invito, non peccat; sed dominus est irrationabiliter invitatus, si nollet, rem suam detinere ab altero, qui illam accepit; ergo &c. Min. prob. Unusquisque tenetur magis diligere bonum spirituale proximi, quam bona temporalia propria: ergo eodem charitatis ordine tenetur dominus consentire, ut fur rem sibi ablatam retineat, non retinendo, ipso invito, mortaliter peccet.

XVII. Respondet, neg. min. Ad prob. dist. ant. Quando bona temporalia propria sunt bono spirituali proximi necessaria, conc. ant. Secus, si nego ant. & confes. Quamvis ergo quisque tenetur, salutem animae proximi, ordine charitatis anteforari, ut superius cum S. Thom. 2. 2. qu. 26. art. 5. dictum est; hoc tamen solum intelligendum est, quando bonorum temporalium salutem est ad salutem spiritualem proximi simpliciter necessaria; vel quia ex officio erit curam animae illius: in aliis enim casibus ad perfectionem charitatis solum pertinet. Cum ergo ille, qui alienam rem injuste usurpat, & detinet: non id propterea facit, quod extremam necessitatem eius patitur, sed ex sua libidine, & corrupta voluntate: non tenetur dominus in illam injustam possessionem consentire. Eadem ratio, si quis invasus fuerit ab aliquo animo dum occidendi non tenetur invasus, nec debet permittere potius occidendum sui, quam invasorem, si possit, interficere: ut sua temporali morte, in proximo vivat aeternam: & quamvis sit moraliter certus, quod si in suam tuetur vicam, invasorem tunc occidat, invasor cum corporali vita amittet aeternam. Et hoc ideo, quia propria vita ab eo injuste petitur. Sic in casu.

D U B I U M III.

An Restitutio Statim Exigenda sit?

S. I.

Resolutio Dubii.

Q Uia, ut nuper dicebamus, praecceptum restituendi rem alienam, est secundum formam affirmativum; sic: ratio tamen obligandi, & fundus debiti restituendi, est negativus, nempe, praecceptum non detinendi rem alienam, invito domino; ad differentiam praeccepti amandi Deum, & honorandi parentes, quae non solum secundum formam affirmativa sunt; sed etiam ratio obligandi, & fundus debiti affirmativa est, nempe, summa bonitas Dei, & beneficia, quae a parentibus accepimus: propterea cum praecceptis, quorum ratio obligandi in negativo consistit, obligent semper, & ad semper: ideo merito dubitatur: an praecceptum non detinendi rem alienam, invitato domino restituendum, sic urgeat, ut moram in sui implemento non patiat, sed statim impleri debeat.

II. Pro cuius majori explicatione noto: quod in restitutione circumstantia temporis, nempe, quod statim fiat, oritur ex ipsa ratione obligatorii praeccepti: quae cum negative explicetur, nempe, non licere rem alienam, invito domino, retinere, videtur sequi, quod pro quocumque tempore obliget: & sicut pro quocumque tempore quis rem alienam furatur peccat contra praecceptum, rem alienam non usurpandi: ita pro quocumque tempore, quis non restituens, rem alienam detinet, peccat contra praecceptum, rem alienam non detinendi. Aliae vero circumstantiae, quae proprie circumstantiae sunt, non nascuntur ex ipsa ratione specialiter virtutis; sed illis accidunt ex ratione communi: quae scilicet omnia adus virtutis exerceri debet ubi, quando, & propter quod oportet. Et ideo de restitutione, hoc art. 8. sequens S. Thom. absolute dicit, debere statim fieri.

Quia vero, ut observat Cajetanus in hunc art. in praeccepto restitutionis elauduntur duo; primum est, quod animo non detineatur alienum, invito domino: secundum, quod secundum adum exteriorum non detineatur alienum, invito domino: primum exigit ad hoc, ut quis cesset a voluntate peccandi, mutando eum, & deliberando restituere: secundum autem exigit ad hoc, ut domino satisfiat; non enim satisfactum est ex deliberatione restituendi, sed ex hoc, quod restituitur ei, quod suum est. Propterea

III. Dico. Restitutio, quoad id, quod implicat de negativo, debet statim fieri, saltem quoad animum, & adum internum: ita ut statim, ac quis cognoscit, se habere injuste alienum, debeat deponere animum illud retinendi, & deliberare, illud suo Domino restituere: Quantum vero ad positivum, nempe, adum exteriorum, quo de facto restituit, debet statim, ac potest, modo inferius explicando.

Prior Asserti pars ex D. Thom. art. 8. citato est. Nim qui cognoscit se habere rem alienam, invito domino, & non deponit animum eam detinendi, vult perseverare in peccato injustitiae; ergo in continuo peccato est, quia vult in peccato manere. Ant. prob. Non minus facti injustitiam, & injuriam proximo, qui habet voluntatem detinendi rem injuste ablatam, & impediendi dominum ab usu rei suae; quam qui habet voluntatem rem alienam, invito domino, accipiendi: sed si perseverans in hac voluntate, perseverat in peccato, quo usque illam non deponat: ergo perseverans in voluntate detinendi rem alienam, perseverat in peccato, donec eam non deponat. Et hoc est, quod Innoc. III. C. Saepe de Restitut. Spirituorum dicit: *Non multum interesse quoad periculum animae, injuste invadere, ac detinere alienum.* Et S. Thom. infra qu. 66. art. 3. ad 2. *Detinere* (inquit) *id, quod alteri debetur,*

eandem rationem nocuam habere cum acceptione injusta. Et ideo sub injusta acceptione intelligitur etiam injusta detentio.

Ad do: quod ex dictis praecceptum restitutionis, est secundum formam verborum sit affirmativum, importat tamen negativum; idque tale, quod fit ratio, propter quam res aliena sit restituenda, nempe, non detinere rem alienam: cum autem praecceptum negativum obliget semper, & ad semper; nullo tempore licebit, animo faltem, rem alienam detinere.

IV. Secunda autem pars probatur. Nam contingere potest, quod etiam sanste animo parati restituendi, & non detinendi rem alienam, adhuc non possit de facto reddere: vel alia circumstantia occurrat, ipsam ab actuali restitutione excusans. Quare addit S. Th. hac qu. 91. art. 8. ad 2. quod *Quanto altius quis non potest statim restituere, ista impotentia abicit, cum ab instanti restitutione faciunda: sicut etiam voluit, a restitutione absolviatur, si omnia sit impotens. Debet tamen remissionem, vel abstinentiam petere ab eo, cui debet, aut per se, aut per aliam.*

S. II.

Respondetur Obijci.

V. Obijci primo. Nemo cum peccat, tenetur statim exire a peccato, & poenitere; ergo qui habet rem alienam, non tenetur statim restituere. Conf. prob. Quia ratio S. Th. cur statim debeat restituere, est, quia tenetur statim exire a peccato: ait enim, hoc art. 8. *Manifestum est autem, quod nec per modicum tempus licet in peccato morari, sed quilibet tenetur peccatum statim deservire.*

Confirmatur. Poenitentia est quaedam species justitiae, qua Deo satisfacere nititur pro offensis; ergo si, Deo non tenetur statim satisfacere, multo minus ipsis hominibus.

VI. Respondetur, neg. conf. Quod autem affirmatur in probatione, procedit ex non recta intelligentia S. Thom. intenti. Cum enim ait S. D. *Non licet, neque ad modicum tempus, in peccato morari, non intendit, quod qui cessavit ab actu peccandi, nec vult amplius peccare, adhuc peccet, si statim a peccato per poenitentiam non resurgat: sed solum intendit, non licere in peccato morari, id est, continuare in peccato, quod jam coepit, sed, seu continuare in voluntate peccandi. Ille autem, qui nollet statim restituere, cum possit, velle continuare in injusta detentione rei alienae, invito domino, & sic continuare in peccato.*

VII. Aliter respondetur, neg. conf. Nam praecceptum poenitentiae est pure affirmativum, & ideo semper quidem obligat, sed non ad semper, nec statim, sed pro determinato tempore. At praecceptum obligans non includitur, & ut dictum est, quod in praeccepto obligans non includitur, & ut dictum est, hec habet, ut ratio obligans ad restituendum, est negativum: ad statim reddendum obligat. Ita S. Thom. qu. 6. *Supplicium* art. 5. ad 3. *(dicens) Retentio rei alienae, invito domino, contrariatur praeccepto negativo, quod obligat semper, & ad semper: ideo tenetur semper ad statim reddendum. Secus autem de implentis praeccepti affirmativi, quod obligat semper, sed non ad semper: unde non tenetur aliquis ad statim implendum.* Ex quo inferre, nos non teneri ad statim restituendum.

VIII. Ad Confirmationem, neg. conf. Non enim sequitur: homo tenetur homini statim restituere; ergo & Deo. Nam restitutio faciendi homini, ordinatur in bonum ejus, cui debetur: & ideo si non statim redditur, fit ei injuria, pro hoc, quod invito privatur usu rei suae. At restitutio ad quae per poenitentiam facienda est Deo, non ordinatur ad bonum, & utilitatem Dei: sed in commodum peccatoris, unde Job 22. v. 3. *Quid prodest Deo, si justus fuerit? Et cap. 35. v. 6. Si peccaveris, quid ei noceris? Et si multiplicaveris iniquitates tuas, quid facies contra eum? Porro si justus spernit, quid donabit ei, aut quid de manu invidiosorum? Inimici, qui similes tui es, neque iniquitates tuas: Et filium hominis abjurobis justitiam tuam.* Cum ergo ex una parte Deus nollet offensus non ledatur, nisi in bonum peccatoris, nec bonum, nisi poenitentia, nisi in bonum peccatoris, nec ipsum ad eam exsolvendam statim adigere; sed cum patienter pro certo tempore exspectare; juxta illud Ista 30. v. 18. *Expectat Dominus, ut misereatur vestri: sit, ut est peccator non statim conteratur, non tamen de novo peccet. At homo, cui per injuriam detentionem rei suae nocuementum inferatur, censetur, velle eam sibi statim reddi; & ad ejus detentionem quovis tempore invito esse.*

IX. Neque dicat. Homo tenetur statim exire a peccato; ergo tenetur statim conterere. Nego enim conf. Nam conterere plus dicit, quam cessare a peccato, ut ex Trident. *Sess. 6. cap. 14. & Sess. 14. cap. 4.* Cessare enim a peccato solum, dicit deponere affectum peccandi; & ad hoc statim tenetur peccator; aliqui continuo peccare ex genere peccati, ad quod esset affectus: conterere vero est conari ad amicum de novo cum Deo incedendum, pro peccati detestatione. Sicut autem homo tenetur quidem statim deponere odium fratris; non tamen statim novam cum illo amicitiam specialiter inferre; sic nec homo tenetur statim ad amicitiam cum Deo restitui; sed potest, citra novum peccatum, & citra continuationem prioris, ad tempus manere in privatione amicitiae, usque ad peccati transitum. Sed de hoc in *Tract. de Poenitentia* factum reddet.

X. Obijci secundo. Invito domino, restituendum, vel detinendum rem alienam, invito domino, est peccatum; sequere- tur, quod qui statim non restituat, quolibet instanti committeret novum peccatum: nam si tenetur restituere modo, & modo non restituit, modo peccat; pariter si post hoc instanti

non restituat, iterum peccabit & sic per singula instantia, si- ve tempora noviter peccabit: hoc autem videtur nimis durum; ergo &c.

Confirmatur. Nimis durum videtur, quod qui media nocte recordatur, se habere rem alienam, statim debeat furgere, & restituere; ergo sicut in aliis praecceptis expectanda est temporis opportunitas, ita & in hoc.

XI. Respondet, neg. sequela absolute. Nam qui, invito domino, rem alienam detinet, si uno eodemque proposito, unum peccatum semper committit: mortale quidem (nisi veniale fuerit, vel ex parvitate materiae, aut incommodi, quod ex dilatare parit dominus) nam effectus, est phy- sic multiplex, quando tamen una volitione consequitur, no- tabiliter aggravat peccatum, sed moraliter censetur unum: ut si unica actione, quis occidat multos homines, erit unus moraliter actus, equivalent tamen in gravitate multis. Ideo- que in confessione exprimendum erit, quanto tempore detinuerit rem alienam, invito domino; & quantum dampni fuerit inde secutum.

Si vero quis multiplicaverit actus, seu proposita detinendi rem alienam; five interiores, proponendo eam retinere; five exteriores, ut re aliena utendo, vel domino poenitenti em- nendo, vel eidem re sua egenti non reddendo; si hoc non ignorat, toties novum peccatum committit: quia vel expresse renovat, vel interpretative censetur renovare voluntatem detinendi alienum, invito domino.

XIII. Ad Confir. observo, cum dicitur *Statim* restituendum esse, *ly Statim*, vel posse referri ad actum internum, vel ad externum. Si ad internum, sensus est, cum, qui venit in mentem, se habere rem alienam, confessum debere ad- pud se proponere, quod prima opportunitate restituat. Si ad externum, illud *statim* non consistit in indivisibili; neque est accipiendum mathematicum, sed moraliter, & civiliter. Mora- liter autem id censetur fieri statim, quod prima opportunitate fit, seu quod non differat; sed prima hora negotio oportuna mandatur executioni. Restitutio ergo facienda est *Statim*, quantum ad preparationem animi; quia statim debet haberi animus eam quam primum faciendi; quantum ad executionem vero, *Statim*, ac primo opportuno tempore advenit. Quia enim restitutio exterior est actus quidam positivus, requirens motum temporis ad sui executionem; idcirco in eo, quod dicitur, statim esse restituendum, aliqua temporis opportunitas intelligenda est. Non oportet ergo e frato media nocte furgere, vel e Missa egredi ad restituendum alienum: sed statim cum detentio rei alienae in mentem venerit, facto eam restituendi proposito, primam opportunitatem exe- quendi restitutionem expectare: in qua, si non restituit, qui alienum habet, jam incipit esse in mora, & peccare per detentionem rei alienae.

XIII. Neque ex hoc inferas, praecceptum restitutionis non obligare ad semper, ut supra dicebamus; sed solum pro tem- poris opportunitate, quo modo obligant praeccepta pure affirmativa.

Nam ratio est longe dispar. Siquidem in hoc praeccepto mora temporis determinata est ad primam opportunitatem, seu ad statim, ac opportune poterit: ita ut si in prima oportunitate restituit non facta, omnia evadit culpabilis, & omittens detinere rem alienam, ac peccat contra justitiam. At in aliis praecceptis pure affirmativis mora temporis non est determinata ad statim, seu ad primam opportunitatem; sed relinquuntur determinanda per regulas prudentiae: unde praermissio opportunitatis primae non repugnat virtuti. Neque enim si quis non statim, atque possibile est, honoret parentes, non statim Deum oret, non statim praepraet in actus fidei, spei, & charitatis, propterea facit contra illas virtutes: sicut facit contra justitiam, qui non restituit statim, seu prima opportunitate, qui potest. Ita ex Sylvio in hunc art. 8.

XIV. Ex quibus omnibus confici possunt regulae pro dirigendis poenitentium conscientis, & Confessariorum judicis. Primo enim cautus debet esse Confessarius, ne absolvat poenitentem, qui sine justa causa vult differre restitutionem, ad quam fateatur se obligatum. Et ratio est. Quia non est absolvens ille, qui non vere proponit peccatum relinquere; & ut ait Sanct. Thom. supra, *quis in peccato morari*; sed qui sine justa causa, per aliquod tempus notabile, vult retinere rem alienam, invito domino, non vere vult peccatum relinquere: imo vult continuare in peccato, & causando damno alteri, dum illum non sinit bonis suis frui, & contra suam voluntatem retinet, quae sunt sine. Quapropter Rituale Romanum de Sacr. Poenit. sic habet: *Ne absolvas (Confessarius) eum, qui tali honeste facti incipit, quibus statim, &c. Qui alienam, si possunt, restituere volunt. Si tamen incapax absolutio est combinatio, qui combinatum limitare non vult; pari ratione incapax erit injunctio pollicitor, qui rem injuste possessam domino reddere paratum non se exhibet.*

XV. Secundo. Cautus esse debet Confessarius circa poenitentem, qui licet promittat, se restitutum; cum tamen in praecedentibus confessionibus idem promiserit, est potest, non implevit: hunc enim non esse absolvendum, nisi prius restituat, censent Banez, Gonnet, Sylvius, alii. Et merito. Quia de isto idem iudicium faciendum est, ac de eo, qui est involutus aliqua occasione peccandi proxima, vel habet damnum mulierem non suam: cum qua peccavit. Si enim ille, est dicat, se habere propositum eam dimittendi: si tamen in praecedentibus confessionibus idem promiserit, nec impleve-

torferit, jubetur restituere, nulla super hoc remissione valitur...

XXIX. Secunda causa hominem a restitutione liberans etiam omnino est compensatio...

XXX. Tertia causa omnino excusans a restitutione est, si id, quod debet Petro, solvas ejus certo creditori...

XXXI. Quarta causa peccatis a restitutione excusans est interitus rei, quae erat restituenda in specie...

XXXII. Quinta causa excusans est cessio bonorum creditoribus. Haec tamen, ut in conscientia excuset, debet esse sincera...

XXXIII. Sexta causa excusans est ingressus in Religionem. Si enim quis, ante alienum gravatus, cui solvendo impar est...

etiam per annos valde multos, aut per legibos et injunctos, & fluxum suum dedecentes, cedat omnia bona sua creditoribus & Religionem ingrediatur...

Ut tamen obviam iret inconvenientibus, qui ex fraude, vel malitia hominum oriri poterant, & forte objebantur...

XXIV. Alia causa a restitutione excusans asseri solent. Ut quando ignoratur dominus bonorum, quae restituenda sunt...

DUBIUM V.

Quo ordine faciendae sit Restitutio.

S. I.

Quia, secundum Jus Naturale, Ordo Servandus sit.

I. DE hoc agunt S. Antonin. 2. p. Summ. tit. 2. cap. 7. & Cajetanus in Summa, verbo Restitutio cap. 8. ex quibus sequentes regulae colligi possunt.

Prima. Si praesto sunt opes, quibus omnibus creditoribus possit satisfieri, nullus ordo in restitutione tenendus est...

II. Secunda. Ubi opes non sufficiunt ad solvendum singulis, prius debent certa debita restitui, quam incerta. Certa debita sunt, quae certo sciuntur deberi...

Adverte tamen, quod cum dicimus, debita certa prius esse solvenda creditoribus certo, quam incerta, quorum creditor restituitur, intelligendum est, nisi illa incerta adhuc extarent in sua specie...

III. Tertia regula est. Inter debita certa prius restituendum est, quod, cum sit alienum, adduc in sua specie extat, puta depositum, commodatum, furto, vel rapina ablatum...

que nunquam mutaverint dominium, eique proinde restitui debet.

Ad haec regulam reduci potest; quando res empta adhuc est penes emptorem, qui pro ea pretium non solvit...

IV. Quarta regula est. Prius restituenda sunt, quae injuste sunt acquisita, ut per rapinam, furum, vel usuram; quam ea, quae ex justo contractu debentur...

Secunda vero pars probatur ex S. Antonino. Tum quia major injuria est in rapina, & in furto, quam in usura, quia illa sunt proventus involuntaria...

V. Quinta regula ex eodem Sancto Antonino est. Quod prius restitui debent quaecumque certa debita, quam quaecumque ad causas pias legata, atque donata...

S. II.

De Ordine servando secundum Leges Positivas.

VI. Sexta regula est. In ordine restitutionis, servanda sunt leges civiles, & statuta Provinciae, vel Urbis; dummodo juri naturali, & divino non repugnent...

VII. Primo. Creditor habens hypothecam in bonis debitoris, preferendus est creditoribus non habentibus hypothecam. Unde non solum, ut dicebamus, peccat debitor illos illi preferendo...

VIII. Secundo. Si creditores hypothecam habentes concurrant inter se, petentes restitutionem, preferendi erant, qui anteriorem hypothecam habent. Ita ex Leg. Porior, & ex L. Qui habentem...

IX. Tertio. Si creditores nullam habentes hypothecam, vel pignus, fed solam actionem personalem (dicitur a Jurisprudentibus chirographarii) inter se concurrant, petentes restitutionem; nulla habetur ratio temporis, vel anterioritatis, sed omnes aequaliter admittuntur...

gia, ff. de Privileg. credit. & L. Si hominem, ff. de Depositi. Hinc est, quod inter hujusmodi creditores, qui in debiti exactione praevenerint ceteros, melioris est conditio...

X. Quarto. Si concurrant plures creditores, quorum quilibet habet actionem personalem privilegiam, tunc nulla habetur ratio temporis, sed preferendus est ille, cujus debitum est magis privilegium. Verbi gratia: quorum quodvis impensa funeris, & debitum ex causa depositi, quorum quodvis est magis privilegium...

XI. Petes duo. Primo: An debitor volens uni creditori aequalis juris gratificari, possit ei non petenti solvere, praetermissis aliis non minus juris habentibus?

Secundo: An non valens omnibus solvere, motus misericordiae in creditorem egentem, et non petenti solvat, aliis praetermissis? Quid dicendum ad utrumque?

XII. Respondet ad primum, debitorem non valentem omnibus aequalibus in jure satisfacere; teneri ex justitia singulis proportionaliter distribuere; ideoque peccare contra justitiam, si ceteris praetermissis, uni solvat. An vero nedum debitor, sed & creditor sic accipiens, teneatur restituere quod accepit; utrumque probabile est.

Ad secundum, Sylvester eum excusat, si bona fide egerit, & ex pietate; & alii cum eo idem docent. Absolute tamen crediderim, non esse licitum praesere pauperem alii creditore, aequale jus habentibus; si piuper ille non sit in extremis, vel saltem gravi necessitate...

QUESTIO II.

Quinam teneantur Restituere.

Explicata natura, necessitate, tempore, & ordine restitutionis, occurrit examinandum, quantum personae ad restitutionem obligentur: quod in praesenti quaestione praestabimus.

DUBIUM I.

De eo, qui Laesit Alterum in Bonis Animae.

S. I.

Exponantur Radices Restitutionis.

I. AD restitutionem teneri, qui alienum accepit, certum est. Verum Circa illum, qui rem alienam accepit, duo sunt consideranda (inquit S. Thom. hac q. 63. a. 6.) scilicet, ipsa res accepta, & ipsa acceptio. Ratione autem rei, tenetur eam restituere, quoadvis eam apud se habet; quia quod habet ultra id, quod suum est, debet ei subtrahi, & dari ei, cui deest, secundum formam commutativae justitiae.

Sed ipsa acceptio rei alienae potest tripliciter se habere. Quandoque enim est injuriosa, scilicet, contra voluntatem existentis ejus, qui est rei dominus, ut patet in furto, & rapina. Et tunc tenetur ad restitutionem, non solum ratione rei, sed etiam ratione injuriosae actionis, etiam si res apud ipsum non remaneat. Sicut enim qui potest aliquid, tenetur recomponere injuriam passam, quomodo apud ipsum nihil maneat: ita etiam qui furatur, vel rapit, tenetur ad recompositionem damni illius, etiam si